Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ipe & discipli eius. Sciebat autem & iudas qui
tradebat eum locum quia frequenter ihs con
uenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum
accepisset cohortem & a pontificibus & phariseis
ministros uenit illuc cum laternis & facibus
& armis. Ihs autem sciens omnia que uentura
erant super eum processit & dixit eis. Quem que
ritis. Respoderunt ei. Ihm nazarenum. Dicit
eis ihs. Ego sum. Stabat autem & iudas qui
tradebat eum cum ipsis. Vt autem dixit eis ego
sum. abierunt retrorsum & ceciderunt in te
ram. Iterum ergo interrogauit eos. Quem queritis.
Illi autem dixerunt. Ihm nazarenum. Respondit
ihs. Dixi uob. quia ego sum. Si ergo me quaeritis.
sinite hos abire. Vt impleret sermo quem dixit
quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quem
Symon ergo petrus habens gladium educit eum. & per
cussit seruum pontificis & abscidit auriculam eius
dexteram erat autem nomen seruo malch. Dixit ergo ihs
petro. Mitte gladium tuum in uaginam. Calicem quem
dedit mihi pater non bibam illum. Cohors ergo et
tribunus & ministri iudeorum comprehenderunt ihm
et ligauerunt eum & adduxerunt eum ad annam
primum. Erat autem socer caiphe qui erat pontifex anni